

sum excrementum, scilicet, stercus quod ad intestina descendit. Quod si dicamus urinam sanguinis & concoctionis, in qua sanguis gignitur, esse excrementum; tria essent istius concoctionis excreta, & unicum eius concoctionis quae fit in ventriculo: quod si una sit coctio in uena cava, praeter illam quae fit in hepate, ostendere oportet quidnam sit illius excrementum. Ceterum Montanus in similem aut etiam maiorem incidit, tria enim solum ponit esse excreta in corpore, & tres concoctiones: quod Galeno & his quae apparent in nostro corpore repugnat, dum singulis concoctionibus singulum tribuit excrementum, deinde imaginatur concoctionem sanguinis quae fit in hepate, habere multos gradus perfectionis inter se differentes. Incipere enim sanguinis generationem in mesaraicis, qui in summa parte hepatis postea ueram formam sumit: ubi scribit duo gigni excreta, bilem utramque, postremo ipsum sanguinem perfectiore gradum concoctionis in gibba hepatis parte capere, & tunc gigni serosum excrementum, quod colore rubrum esse dicit, & illud expelli extra uenas, & a renibus trahi concoquique, & ex parte tenui ali renes, & post nutritionem expelli meram aquositatem, quae purum est excrementum, quod est quartum & ultimum excrementum, cum bilis flua & melancholicus humor sint nutrimenti illa folliculi, ut vocant, fellis; hic vero ienesis, quibus positis statuit urinam renum esse excrementum, quod est quartum & ultimum excrementum in secunda concoctione sanguinis genitum. Qua quidem in re plures sunt errores quam verba: quos facile est refellere, quia sece mutuo expellunt, nam tres tantum posuit fieri ante concoctiones: nunc autem ponit aliam fieri in renibus, & huius excrementum esse vrinam, quam statuit pariter esse excrementum concoctionis quae fit in gibba hepatis & vena cava. Erit igitur excrementum multarum concoctionum. Absurdum praeterea est (ut alibi ostendemus) in mesaraicis, aut alijs venis sanguinem fieri, quandoquidem partes albæ nequeunt materiam quam tangunt mutare in colorem rubrum. Quinetiam illud explodendum penitus, in eadem concoctione fieri plura excreta, per maiorem aut minorem conlaborationem. Nam excreta non fiunt in omni gradu actionis, sed actione iam perfecta appetit, quod est inutilis & excrementum: alioqui cur non ponit fieri plura excreta in alijs concoctionibus? Sed dicit Montanus quibus signis cognoverit serosum excrementum quod à renibus trahitur, primo rubrum esse; an forte quod renes nequeunt nutriti sine sanguine? id quod est uerum. Sed sanguis quo illi nutritur, non trahitur forte per eas uenas, per quas elicetur vrina, aut non eodem tempore, expelli quidem illum serosum humorem ab hepate vel venis, verum non est, sed a renibus trahitur, nec in eo renes aliquam concoctionem tentant, (fierent enim eum ea concoctione certa excreta, quod non fit,) sed in solo sanguine quem nutritio- nis gratia attrahunt, ex cuius concoctione non alia proueniunt excreta quam sordes & vapor. Hac enim partium omnium excreta sunt cum sibi nutrimentum parant. Quae uero diximus es- se concoctionis ventriculi, & hepatis excreta, sequuntur publicam concoctionem institutam a natura ad totius animalis alimoniam. Illud uero quis ferat, partem aliquam nutriti bile flua vel humore melancholico? Nam si omnes partes constent ex quatuor humoribus, constat ex uno non posse fieri nutritionem. Ergo vrina non gignitur in hepate aut venis, nec est excrementum illarum partium vel renum, sed concoctionis quae fit in ventriculo: & sic non ex alia materia quam ex potu & quae potionis vim habent. At id enim pertinet, quod scribit Galenus, nos paulo minus mingere quam bibamus: tanquam materia vrinæ fit potio. Nam parum illud quod facit vrinam pauciorum esse potu, manet cum alijs humoribus commixtum, & cum illis fertur per vniuersum corpus, vt per omnes corporis meatus possint illi transire: & id est quod in sanguine a vena ex- tracto supernat: docet id color ventriculi: potus enim mutatione sola coloris quem à ventriculo accipit, vrina fit. Testatur idem Galenus libro quarto de Vsu partium, duo, inquam, resultare excreta, humorem melancholicum, & bilem: aquam vero hanc, & aquosum hu- morem excrementum nutrimenti \* ventriculum esse dicit, & ita ab Hippocrate vocari: & factum esse vt ex ventriculo in venas, & ab illis ad hepar chylus transire possit ex cibis in ventriculo factus. Itaque si ex ventriculo dicit illud fieri per uenas & hepar, constat non in hepate aut uenis gigni, sed genitum fuisse in ventriculo ex potu. Est ergo illud tenendum, uri- nam gigni in ventriculo, non tamen vrinæ nomen capere donec à sanguine separetur à renibus, qui ex naturali proprietate vim habent attrahendi illam, tanquam aliquid sibi familiare, quam postea per ureteres, id est urinarios meatus, ad uescicam transmittunt. Nam excreta excrenti nomen non habent interim, dum sunt confusa cum alijs humoribus. Sic bilem utramque, quae cum sanguine & pituita est in uenis, & ipsam pituitam, humores uocamus. Excrementum uero est, quod ex illis separatum est a massa sanguinis. Quia ergo non separatur excrementum hoc statim post concoctionem ventriculi, sed post eam quae fit in hepate, ideo putarunt alii in hepatis concoctione gigni. Quod quidem uerum non est: sed ut diximus fit in ventriculo, & post concoctionem sanguinis perfectam in hepate separatur: & quod prius aqua, aquosumque excrementum dicebatur, vrinæ no- men accipit, seruatur igitur res eadem, & mutatur nomen. Sed antequam ulterius progrediamur, il- lud expendendum est quod diximus, renes naturali quadam proprietate serosum attrahere humo- rem,

Dicit Galenus  
 aquam gignit in hepatis  
 & utrū uero  
 excreta excrenti

Riolan in Paul.  
 1.6. c. 6  
 ualig. 3 controv. 18  
 Pausas. & uirginis  
 & bat. Eng. 3